

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 4022

**Auteur(s) :** Philippe II Auguste, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Fécamp, La Trinité (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1204

**Lieu d'émission :** Paris

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Philippe [II], roi de France, fait savoir que Guy Mauvoisin a renoncé, en faveur de l'abbaye de Fécamp et de l'église Saint-Georges de Mantes, à toute sa réclamation sur le village et les hommes de Boissy moyennant 300 livres parisis que l'abbé Raoul et les moines de Fécamp lui ont données. Ce village sera désormais sous la protection du roi et les habitants lui acquitteront 3 muids d'avoine par an.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1078, p. 286-287.

b. Brunel Clovis, Delaborde Henri-François, Monicat Jacques, Petit-Dutaillis Charles, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 2, années du règne XVI à XXVII (1er novembre 1194-31 octobre 1206), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; 6), 1943, n° 870, p. 459-460.

## Dissertation critique

1205 [janvier] : datation proposée par DELABORDE/BRUNEL et al., *Recueil des actes de Philippe Auguste*, t. 2, p. 459, n. 1.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia, rex Francorum, salutem. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod Guido Malevicinus, coram multis apud Gisortium in presentia nostra constitutus, Sancte Trinitati Fiscanni et ecclesie Beati Georgii de Medonta, que membrum est monasterii Fiscannensis, in perpetuum quitavit omnia que reclamabat et reclamare poterat, juste vel injuste, sive in redditibus, sive in tollitis, sive quocumque alio modo, in villa et in hominibus de Buxeo et ejusdem ville pertinentiis, scilicet de terra de Monte Ursonis, et in masura que fuit Hugonis Dapiferi, et in terra que fuit cultura de Chantecoc cum pertinentiis suis, et in omnibus aliis que ibi pertinent ad dictam ecclesiam Beati Georgii, ita quod nec ipse nec heredes neque fratres ipsius neque aliquis ex eis in omnibus supradictis aliquid de cetero possent reclamare. Quicquid etiam de rebus predictis fratribus suis vel aliis idem Guido dederat, eisdem monachis reddidit integre, et eis tenetur facere omnino quitari et ab omnibus liberari. Propter hoc autem Radulfus, abbas Fiscanni, et monachi dederunt eidem Guidoni trecentas libras turonensem parisiensem, et ipse Guido nos rogavit ut, si contingaret ipsum vel heredes vel fratres vel aliquem ex eis contra hoc ire, nos ad ea tenenda ipsos incontinenti compelleremus et firmiter teneri

faceremus. Ut autem predicta villa de Buxeo et homines in eadem villa manentes cum omnibus rebus suis sint de cetero in nostra custodia et in nostro tensamento, homines illi, dominica proxima post festum Omnium Sanctorum, apud Medontam mandato nostro singulis annis reddent ad opus nostrum tres modios avene ad mensuram Medonte, ita quod neque nos neque heredes nostri hunc redditum unquam possimus alii dare, nec de manu regia removere. Quod ut perpetuum robur obtineat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis caractere inferius annotato presentem paginam, ad petitionem ejusdem Guidonis, confirmamus. Actum Parisius anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> quarto, regni nostri anno vicesimo sexto, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : dapifero nullo ; signum Guidonis buticularii ; signum Mathei camerarii, et multorum aliorum.